



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

47 Monachi etiam appellatione, qui veniant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- illi verò, & c. *quanta, de sentent. excommun.* & Navar. c. 17. n. 51. Et tam viri, quam feminæ, & tam senes quàm juvenes, & denique omnes habentes iudicium ad peccatum mortale committendum aliquem actum prædictorum committentes, dictam censuram incurrunt, gloss. in dicto c. si quis suadente, in verb. si quis, 17. quest. 4. At deficiente iudicio, ad peccatum mortale committendum, non incurritur, quia nisi ob peccatum mortale non incurritur in excommunicationem cap. nemo, 11. quest. 3. & Navar. eodem cap. 27. num. 9. & num. 76.
- 46 Appellatione autem † clericorum veniunt, omnes ordinem ecclesiasticum habentes, etiam clerici primæ tonsuræ, cap. clericos, 21. distinct. c. cum contingat. de etat. & qualitat. sicut appellatione monachi † veniunt omnes professi, & professæ in religione approbata, etiam novitij, & novitiæ, ac conversi, & conversæ religionis approbatae, qui omnes privilegio canonis gaudent, c. Monachi, c. parochianos, cap. de monialibus, & cap. cum illorum. extra de sentent. excommun. & cap. religiosa, §. fin. & ibi gloss. in ver. non possit, eodem tit. in 6. Navar. in cap. 17. num. 79. & Greg. Sayr. Thes. cas. consien. par. 1. lib. 3. cap. 26. num. 1. 2. 3. 4. & 5.
- 48 De iure autem civili † Sacerdotibus, & ministris ecclesiæ injuriam inferentes capitaliter puniri debent, l. si quis in hoc genus, & ibi Bald. & Salic. C. de Episc. & cler. Qui verò dictam excommunicationis sententiam, ob violentam manuum injectionem in clericos incurrant: qui dicta de causa excommunicati ab alio, quam à Romano Pontifice absolvi possint, & in quibus non contrahatur dicta excommunicatione optime scripsit Card. Tolet. in instruct. sacerdot. lib. 1. c. 31. & seq. & Consl. in tractatu de fact. scil. & igno. Centu. 2. distinct. 13.
- 49 Secundò, † committitur sacrilegium per coitum cum moniali sacra, c. impudicus, 27. quest. 1. Et est peccatum gravissimum, ut supra dixi, pro quo clericus cuiuscunque sit gradus, & dignitatis, est deponendus, & ab omnibus ordinibus sacris, officiis, & beneficiis priandus, ac in arctum monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam est tradendus, & laicus excommunicandus, ut c. si quis Episcopus, & c. si qua monachatum, 27. quest. 1. & de iure civili pœna mortis plectendus, ut distal. si quis in hoc genus, l. si quis, non dicam, C. de Episc. & cler. Quæ generaliter loquitur de quacunque injuria illata ecclesiæ, monasterio, vel personis ecclesiasticis, & cum in hoc peccato tria concurrant videlicet, sacrilegium, adulterium, & incestus, pro dictis criminibus pœna capitalis incurritur, ut l. si adulterium cum incestu, ff. de adult. l. quamvis §. fin. C. eodem tit. Gril. in suo tractat. lib. 3. de pœnit. omis. coit. quest. 1. numer. 23. in fin. & numer. 24.
- 50 Tertiò, † committitur sacrilegium circa locum sacrum, quando locus publicus sacer, ut est ecclesiæ, violatur, etiam inter laicos, præsertim cum sanguinis effusione, Farinac. in prax crim. quest. 20. num. 22. Vel illius cœmeterium, in destruendo, deystando, vel occupando, aut ejus iramunitates infringendo, ut cap. frater, 17. quest. 4.
- Et hoc casu præsupponendum est, quòd una est benedictio † constitutiva sacri, qualis est benedictio, & consecratio eccle-